(hæc ab incolis maſculini ſexus, eodem auctore, nuncupantur.) Utrum quæ ſeminini generis cenſeantur.) Utrum quæ ſeminini generis cenſentur, ſint dilutiore viriditate, maſculini verò intenſiore, intelligere ex noſtris nondum potui, ficcata ſiquis, tantum adferunt folia. Canellæ verò folia, tribus tantum nervis, ſed craſſioribus, donata, anguſtiora, oblongiora, & dilutiora ſunt. Probabile adpodum, propter nervos comparaſſe Dioſcoridem caſſiæ piperis foliis. Porro betle foliis piperis adeò ſimilia ſunt, ut alterum ab altero vix diſcerni queat, niſi quod piperis folia paulo duriora ſint, & nervi excurrentes paulo craſſiores. Quam cum Aſſyrio malo ſimilitudinem habeant, non video; niſi quis velit eo nomine ſimilia, quod eundem colorem, lævitatem, ac quadantenus eandem (quæ ſunt perquam exigua) rotunditatem in mucronem deſinentem habeant. Multo, ut dixi, rectius caſſiæ comparavit Dioſc. Quod piperis folia calida ſint. Id negari non poteſt. Reficcata enim non leviculam acrimoniam oſtendunt; nec tantum folia, ſed ſarmenta, ipſaque radix eandem oſtendit caliditatem. Uvæ ad ramorum interno-dia naſcuntur teretes & oblongæ, multis granis orbicularibus,

nunc

nunc majoribus; nunc minoribus sine pediculo ipsi scapo affoexis constantes, & illa quidem non ex foliorum alis, (hoc est inter sedem pediculi folium

Piperis nigri ramulus Clusii.

[illegible]
[illegible]

Inde Arabum conjunges thus, quodque India mittit Dives, nigrum albumque piper masculum.

Piperis longi ramulus.

sustinentis & ipsum sarmentum,) sed ex altera sarmenti parte, folii pediculo videlicet opposita. Longi piperis plantam, ab ea quæ nigrum fert, longè diversam Garcias ait; quod præter veritatem esse Clariss. Clusius scribit, & nos testamur. Folia enim non multum à piperis nigri foliis differunt, nisi quod paulo teneriora, dilutioreque viriditate prædita sint, breviori pediculo fulcinita, pluribusque insignita nervis. Nam à medio illo nervo, folium à pediculo, per longitudinem secante, non modo quaterni alii nervi exoriuntur, sed utrimque quini aut seni, interdum etiam plures, pro foliorum videlicet amplitudine; illi tamen minus eminentes, quam in nigri foliis, & inæquali orta nati, multis etiam obliquis venulis per folium transversim evagantibus. Fructus, qui juli formam quodammodo æmulatur, ad singula internodia oriuntur, non in foliis alis, sed uti in pipere nigro ex ipsius parte folii opposita, in altero videlicet ramuli latere, atque etiam alternis, ut in pipere nigro. Hactenus de plantæ facie ex recentiorum scriptis: nunc quæ tradunt veteres, nobis examinanda. Theophrastus duo genera describit, medicæ gratia & recentiores Græci tria, longum, nigrum, album. Longum, [illegible] vocitat. Recentiores quoque veriùs [illegible]. Charmo in cujusdam Serapii compositione, [illegible]. Nigrum [illegible] vulgatum, ut ab Aetio [illegible] in compositione narthina, pro ecclesia; veteres, [illegible]. Album [illegible] nuncupatur, ab Andromacho seniore in compositione Theriaces [illegible].

Mirari satis nequeo Galenum, quod thuris epitheton [illegible] scilicet capite xxv. libri primi de antidotis, adeoque nullius pharmaci esse nomen, & quod præter dignitatem, ne quærendum de eâ censeat, cum alias ad unguem singula quæ Theriacæ compositioni addantur ab Andromacho, diligenter examinare, ac conferre verbis senioris cum junioris solent operatione solent: verba ipsa audiamus. [illegible]. Subjungit postmodum Andromachus, Inde Arabum conjunges thus, &c. Quo in loco non est quod ignoramus, quid [illegible] sit, perinde atque cujusquam alterius medicaminis nomen, cum & ex Theriaces descriptione, scilicet carmine ab Andromacho seniore prodita, & ex compositionis instituto, quod ab eo in nos usque pervenit, medicamentis nomen [illegible] non sit. Nam præter duodecim drachmarum piperis longi, in sex nigri [illegible], tam pater, quam filius eadem de Theriaca scripserunt. Quare clarè est pipere excepto, cum nihil supersit de quo quis [illegible], ad ipsi veteris appellationem dictam putare, confitendum est, Andromachum versus conscribentem, [illegible] veteris vocabulum thuri epithetum scripsisse.

 Hacte-

Hactenus Galenus, qui si paulo accuratius descriptionem Theriacæ Andromachi Senioris expendisset, ac contulisset cum Theriace descripta ab Andromacho Juniore, facile animadvertisset ἄγνωτον piper esse album. Junior enim piper album addit, quod Senior diserte non exprimit, in reliquis tamen omnibus consentiunt, nisi quod Senior in principio piperis longum drachmarum pondere posuit, cujus loco Junior piper nigrum habet eodem pondere, altero jam recitato versu inter simplicia, quæ sex drachmarum pondere recipiuntur. Senior album & nigrum posuit; Junior verò album & longum retulit. Verba Senioris, Juniorisque adscribam. Quæ de albo, nigroque Senior posuit, jam dixi. De longo hæc.

καὶ δολιχὸν πεπερι τόσον μέγος.

Et piperis longi sit quoque pondus idem.

δολιχὸν πεπερι longum piper, cur dicat, paulo infra exponam. Hoc loco sufficit dixisse, Galenum δολιχὸν πεπερι exponere piper longum. Suidas δολιχὸν, μακρὸν. Hesychius δολιχὸν πέπερι μακρόν. Perperam vir magnus in doctiss. sua dispensatorio, piper longum ingredi in Theriacæ compositione, negat. Galenus lib. 3. de antidotis. Τίνων δ' ἕνεκεν, ἐπεὶ καὶ τὸ μακρὸν τὸν πεπερι καλοῦσι, ἴσως τινὲς ἀγνοήσουσι τὴν μέγεθος τὴν δόσιν. Harum dimidium, hoc est ungues quatuor drachmæ, Theriacalium pastillorum, opis & hedychroi magnam præcepit. Meburi & graviori auctoritate utitur ille, qui album addendum injicias ait. Juniorem dixi addere Theriacæ compositioni tria genera piperis, & pro drachmis ἐξ. v. longi, substituere nigri drachmas totidem. Verba ipsa audiamus, μάγνησιν δ' ἔνιοι, τινὲς μέλανι πεπερι δίνι φασιν εἶναι. Paulo infra, μεμιγθω ὕσσε, τινὲς μέλανι πεπερι, ἐ μακρὸν δυνάμεως ἕνεκεν. Nulla hic mendi, nulla transpositionis suspicio. Eadem Damocrates in Theriacæ compositione.

μέλανος τε πεπέρεως, τὸ ἴσον ἐ μακροῦ πεπέρεως, τοῦτο δ' ἐξ ἴσου μακροῦ τε πεπέρεως καὶ μέλανος.

Opium quoque, nigrum piperi & magno,
Quod olim vocarent duxerunt hedychroum
Hoc adde, decimas implent hi duodecim. Paulo infra.

καὶ μακρὸν πεπέρεως τὸν Ἰνδικὸν,
λευκὸν κεκραμένον καὶ μακροῦ τοῦ Ἰνδικοῦ
τὸν αὐτὸν τρόπον λεῖον τὸ ἐκμαλάξας
ἀνὰ τὰ λοιπὰ ἐ ἐν δυνάμεσι κεῖται.

Mutabis semen quod globulis continetur,
Album piper longum piper, nardi Indicæ
Spicæ & terebinthinæ thusque masculum
Atque album costum, dictamnique herbæ eram.

Hæc satis probant Andromachum seniorem addidisse piper album. Cum itaque in tota descriptione, nullum reperiatur verbum quod piper album denotare posset, quam ἄγνωτον; extra omnem controversiam poni debet, ἄγνωτον nihil aliud quam album piper denotare. quod si cui argumentum ductum non satis validum videatur, aliud addam, similque dicam, cur piper album ἄγνωτον vocat, à mœre lætitiæ & splendore, quo prædictum est. Id enim ἁγνὸς proprie significat. Quam rationem secutus Philo in sui Philonii deleriptione, piper album ἁγνὸν, hoc est, ignem, splendens, teste Galeno libro 12. τῶν τύπων. capite 17. vocavit. Hesychius ἁγνὸν, λαμπρὸν, λευκὸν. Sed ipsum verbum Philonis, ipsamque videamus Galeni interpretationem.

Ὄλυνθος δ' ἁγνοῦ σκελίδι (alii cod. σκευαλίδι Mr) ἴσην βάλε ῥίζαν ἐ κνέφας ἐσχάσιν' Ἀγρόθεν.

Virgines & drachmas candentes conjice flammæ
Atque faba totidem pesi sunt Arcadia.

In priori versu intelligit, piper album, posteriori hyoscyamum. Ad primum verbum Galenus, ἐξῆς δὲ ὁ Φίλων φησὶν, ὁμοίως δ' ἁγνοῦ σκελίδι ἴσον μέλαν, ἐ λευκὸν φησὶν εἶναι, τὸ δὲ ἰσοπαχὲς τοῖς ἢ δακτύλοις ἴσον μέλαν ἐ λευκόν. Consequenter vero Philo ait virgines & drachmas candentes conjice flammæ. Piper album per hoc signum; Est autem stomacho commodius, & acrius, quam nigrum. Verum album, an nigrum calidius sit, mox videbo. Satis clarè fatetur Galenus ἁγνοῦ σκελίδι, esse piper album, ut Philon ænigmatice vocavit piper album. Eodem modo Andromachus Senior, in elegiaco carmine, quo Theriacam ex viperis describit, piper album à candore, splendore, & nitore ἄγνωτον vocavit. Longum piper à nigro Theophrastus discernit, quod longum sit, subalbum, semina papaveris contigens, validiusque nigro, nigrum rotundum sit ervi modo, tegmine carneque constans, sicut laurinæ baccæ. Dico longum subalbum esse, nigrum rotundum, in codicibus tamen vulgaribus contrarium legitur. Experientia, ipsaque autopsia rotundum nigrum, atrumque esse docet, nihilque subrufi habere. Contra longum cinericeum ac subcandidum esse. Cogitavi aliquando, utrum Æthiopicum piper esset longum, quod à Theophrasto describitur. Oblongum enim est, & ex rubro nigrum; verum cum acrimoniam habeat vulgato rotundo minorem, mutavi sententiam. Nec album piper, licet ex rubro sit album, est Theophrasti piper rotundum, quod tegmine, carneque non tegatur, ad instar laurinæ baccæ, cedatque acrimonia longo piperi. Piper itaque longum vulgare, cum sit colore cinereo sive subcandido, ἀπὸ συκῆς γένεται, videlicet Scripsêre Theophrastum non sine ratione suspicor. Nec de interioribus granulis Theophrastus intelligi potest, siquidem longum subalbidum sit, continens semina papaveris. De iis ergo non loquatur. Exteriores tamen servo, quod punctis & maculis quæ quasi extuberant, ac foris in longo pipere conspiciuntur, subrubere videantur. Porro ex antiquis, solus Theoph. apertè piperis genera definxit, & nigrum à longo diversum fecit; Dioscorides verò ex longo pipere candidū nigrumque fieri tempore & maturitate prodidit, non solum experientia Batavorum & Lusitanorum contrarium constat, sed ex ipso Theophrasto refellitur. Si enim verum esset, quod Dioscoridi scribit nigrum piper longo (utpote perfectum maturumque) potentius foret. Contra tamen Theophrastus nigrum validius scribit, quod & gustus comprobat. Describit Dioscorides piperis genera. lib. iij. cap. CLXXIX. his ferè verbis. Πιπέρεως ἐμβρύου ἰσχυρότερον φυλάσσει τὸ Ἰνδικὸν, ἀφορᾷ πρὸς τὸ ἄνισον, κατασχίζει φλέγμα ἀτμώδη, πρὸς τὴν ἕξιν ἀγαθὸν. ἔστι δὲ μακρὸν πεπέρεως ἧττον τοῦ μέλανος ἰσχυρότερον, τὸ μέλαν ἰσχὺν πλείω τοῦ μακροῦ. ἔστι γὰρ τὸ μακρὸν κοιλίας ἀνατρεπτικὸν, βραχὺ ἀτμῶδες φλέγμα ἐκκρῖνον ἰσχνόν. τοῦτο δὲ τὸ λευκὸν ἀσθενέστερον, ἔτι καὶ τὸ λεῖον πεπέρεως. τὸ ἀπόδεικτικὸν, τὸ θερμαντικὸν, τὸ διαπεπτικὸν ἐστὶ καὶ τὸ ἀφεστικὸν. (Hæc legit in veteri codice ἐν ᾧ τὸ αὐτὸ μακροῦ· ἀλλὰ τὸ λεῖον ἀσθενέστερον τοῦ τε τὸν ἀπόδεικτικὸν καὶ θερμαντικὸν ἀποκρίνει τὸ βῆξαι, & ἀναπτύειν, ἀλλὰ τὸ πικρὸν, τὸ ἐπιπάλλον τὸ τῶν ἀπόδεικτικῶν καὶ θερμαντικῶν. τὸ δὲ μέλαν ἰσχὺν τὸ δριμὺ τοῦτο ἔχειν δοκεῖ, τὸ ἐκκριτικὸν, τὸ πικρὸν ἀλλὰ τὸ πικρὸν ἧττον τοῦ μακροῦ ἐστὶ καὶ ἀφεστικὸν. ἐκκρῖνον δὲ τὸ ἀπὸ τῶν κοιλιῶν ὑγρὸν ἐκ τῶν ἀπόδεικτικῶν καὶ θερμαντικῶν. ἐκκρῖνον δὲ τὸ μακρὸν πεπέρεως, ἐκκρῖνον δὲ τὸ μέλαν πεπέρεως, ἐκκρῖνον δὲ τὸ λεῖον πεπέρεως. Explicatum est à me ad verbum hoc loco Dioscoridis. Nihil hic mendi, nihil transpositionis suspicor. Ἐκκρῖνον ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ μέλανος ἀνιέμενον, καὶ ἐκ μέρους, ἐ ἀφεστικὸν δύναμιν. Id est. *Piper brevis arbor esse traditur, in India nascens, quæ quidem fructum profert inter ramos oblongos filiquarum instar, quod longum piper est; Is habet vires aliquid tenue, ac multo simile, quod tandem in perfectum piper evadit. Ex ille quidem suos remotibus dehiscens pendensque sese, racemos instar, ramis frequenter, quales vuas cernimus; è quibus nonnulla acerba & immatura, piper facunt candidum, aptissimum remedium oculorum, amaritas & vis medicaminibus, quæ caustica venenataque lectiones parantur,* quomodo ipsum locum in Theriaca Andromachi non animadverterit, videre nequeo.) *Est porro longum imensa mordacitate præditum, & subamarum, quamvis immaturum. Astringit igitur & Theriacis medicamentis accommodatum, at nigrum albo suavius est; acrius, magisque gratiosi aromaticum, propterea quod tempestiva maturitate collectum est: quin & ad eadem dimicat utilius est. Candidum verò quippe quod in acerbum vergat, anxæ dictis inferius & suffocatum est. Elegans gravissimum plenum, nigrum, non valde rugosum, sed racemo ad maximè fuscum. Reperitur etiamnum quoddam ex genere nigri, mirumque defectum, cassum seu inane ac leve; quod brasma nominatur.* Plura hic in considerationem veniunt. Arborem piper, dixit. Qualis planta ut ex iis quæ ex

Garcia

Garcia ipſaque Batavorum experientia diximus, qui libet facile percipere poteſt. Plinius lib. XII. cap. VII. *Paſſim vero quæ piper gignunt juniperis noſtris ſimilia, quamquam in fronte Caucaſi ſaltibus oppoſita pigui tantum eos aliqui tradidere.* Hunc locum, ex mente Plinii, perbelle expreſſit Solinus cap. 52. *Idem fruticis quæ ſoli obverſus eſt, arbores piperis oſtentat, quas ad juniperi ſimilitudinem diverſos fructus edere aſſeverant.* Æqui, inquiunt, viri docti juniperus fructus diverſos non habet; & clare Plinius ſemina piperis a junipero diſtare teſtatur; hanc juniperis ſimiles idem aſſeverat arbores, quæ piper gignunt. Quod eſt falliſſimum. Nihil enim tam diſpar ac differens. Nec Plinius, nec Solinus piperis plantam quo ad faciem figuramve ſimilem volunt juniperis, ut ineptè Hadrianus putavit, qui piper ad ſimilitudinem juniperi folia habere ſcribit. Sed ea in re junipero piper comparat, quod uno eodemque tempore fructus offendat maturos & immaturos. Et hæc quidem eſt mens Solini, cum diverſos fructus edere ait. Quod tamen, uti ex Garcia audivimus, fabuloſum eſt. Credunt tamen docti piper album quod ad nos advehitur, non aliud eſſe, quam ipſum piper nigrum, cortice ſuo nigro & rugoſo ſpoliatum. Eo enim cortice, inquiunt, ſpoliari, ut veri ſimile, dum ſoli expoſitum nimium torretur. Quod Batavorum experientia, falſum eſſe probatur. Ex qua cognoſcitur, in ipſa planta album reddi, quod integræ uvæ piperis albi, omnibus ſuis granis oneſtæ ad nos adferantur. Id enim perquam difficulter fieri poſſet, ſi cortice ſpoliarentur in India. Præterea piper nigrum rarulem in album mutaretur; quod obſervatum nondum eſt. Vidi piper quod anno 1600 ad nos primis navigationibus Batavorum allatum erat, æquè nigrum, ac ſi recens eſſet, nec facie intus, foriſve mutatum. Veriſſimum eſt quod Garcias ſcribit, piperis albi nigrique plantas fructus tantum granique colore detrepare, uti apud nos vites. Media ætatis Græci, piper album, longum, nigrum una eademque in arbore naſci perperam credidêrunt; ac longum quidem immaturum fructum eſſe, ad inſtar ſiliquarum, quæ intus habent parvula grana, quæ in piper nigrum & perfectum evadunt, ubi maturitatem adepta ſunt. Quod falſum eſſe ex Theophraſto jam probavimus. Mirum videri poteſt, poſteriores Græcos, id de hac planta ac ſemine ignorâſſe, quod non neſcivit antiquiſſimus Theophraſtus. Sed Theophraſtus temporibus vixit Alexandri Magni, qui Indos ſubegit. Poterant itaque melius Græci antiquiores naturam piperis explorare, quod recentioribus non licuit. Siliquæ comparat Dioſcorides piper longum, quod Plinius non bene aſſecutus videtur. Tradit enim loco citato in ſiliquis parvis *habere ſemina quæ à junipero diſtant parvulis ſiliquis, qualeſ in faſeolis videmus. Hæ priuſquam debiſcant, decerptæ toſtaque ſole, faciunt quod vocatur piper longum.* Mirabilis ſimilitudo; inter ſiliquas phaſeolorum & piper longum. Comparat Græcus auctor piper longum ſiliquis, quia oblongum ſiliquæ modo, & quod grana intus contineat, ſed non addit, quibus ſiliquis ſit ſimile, Phaſeolo ſatis diſſimilis; pili eſt ſimilior, quam cylindratam dixit Plinius. Vide lib. VIII. cap. III. Quid igitur Plinium movit, de ſiliquis phaſeolorum accipere? Forte ex verſu Andromachi citato, ubi δολιχὸς κίκερ legitur. δολιχὸς Latinis legumen eſt, phaſeolus aliis dictus. Vide lib. VIII. cap. de phaſeolo. δολιχὸς etiam Græcis eſt λοβὸς. Aëtius δολιχὸς ἢ ὁ τῶν λοβῶν. λοβὸς generale eſt nomen, de quacunque ſliqua. Dioſcorides itaque ſiliquæ comparat. Andromachus verò, δολιχὸς κίκερ, (quomodo fortaſſe & alii ſcripſere Græci) dicit, Plinius utrumque ſecutus, putavit lobos, ſive ſiliquas phaſeolis eſſe ſimiles, cum δολιχὸς apud Andromachum, uti probavimus, longum, non autem phaſeolum denotet. Nihil Plinio magis familiare, quam vocum æquivocatione decipi. Porro belle & graphice Solinus piper longum comparat limbriis corylorum, eorum qui primi erumpunt, velut corylorum limbria dicitur piper longum. Nihil ei tam ſimile, præcipuè priuſquam limbriæ illæ pandantur & debiſcant. Addere igitur debuiſſet, nondum debiſcens. Nam quando aperitur, piperi longo ſimilis eſſe deſinit. Piper longum, oblongus eſt julus, tenui graciliquè pediculo dependens, coryli, aut betulæ arborum julis, nondum debiſcentibus, ſimilis & æqualis, longitudine ut plurimum ſeſquiuncialis, craſſitudine tertiam aut quartam unciæ partem ratâ excedens, figuratores. Colore ante maturitatem viridis, jam mature, eſt cinereus. In ſuperficie ſubrubris (quo nomine Theoph. ὑπέρυθρον) numeroſis ceu parvis eminentibus, ceu verrucis, obliquis, contiguiſque ordinibus diſpoſitis, tuberoſus. Semina ſub cunctis tuberculis ſingula occultantur, colore foris ruffa, intus albicantia, milio figura non diſſimilia; niſi quod paulo ſint minora, nec niſi facto juſto apparent, quæ perfecti maturique piperis eſſe cum pauca amaritudine, rudimenta perperam ſcripſere medica ætatis Græci. Saporem habet vehementer acrem, & ignis modo ardorem, non tamen ſtatim linguam vellicaprem, vel propter excrementicium quendam humorem, cujus culpa facile à teredinibus perforatur, vel quod fervens vis aliunde affigatur, odorem ſpirat aromaticum, non injucundum. Eligendum piper hoc minimè corroſum, aut perforatum, recens, ponderoſum, magnum, ſolidum ſeminibus intus, quo dictum modo, diſpoſitis, plenum, ac ſi in aqua decoquatur, aut pluribus diebus maceretur minimè diffluens. Galeni ætate adulterabatur; quod hodie non fit. Magnam enim nauclerî Batavi quotannis ex Indiis advehunt quantitatem, vilique pretio eruitur. Nec dubium, quin herba, qua adulterari ſolebat, grandiore apud nos emeretur pretio, quam ipſum piper. Cæterum piper depravatum, quibus notis diſcerni, à vero poſſit, docet Galenus, lib. de antidotis. cap. XI. Τὸ δὲ μακρὸν πέπερι πολλοὶ πονηροῖς τισὶν ἐπιτηδεύουσι, ἰδίωμα δηλονότι ἔχοντες ἕδιον. Λέγω δὲ τὸ κεκοπιδῶν, ἤτοι ἢ μέτα τὸ κοπῆναι. Ἔστι δ' ἐκεῖνο βραδὺ τὸ ἐκτρίβεσθαι ὑπὸ τῶν ἐντὸς ἐνοικούντων σκωλήκων, ἐπεὶ μὴ τῇ φύσει ἐστὶν ἐκεῖνο τοιοῦτον. Διὸ καὶ φάσκει τὸν ἄριστον ἐκλέγεσθαι μακρὸν πέπερι τοιοῦτον. *Piper autem longum fraudulenter concinnantes deprehendes*, ſi ipſum aqua macerâveris. *Solvitur enim hoc pacto, quod ſubornatum eſt, quod autem franda caret inſolutum manet. Eſt autem id quo piper longum adulteratur, herba quædam ſolida, ab externis regionibus advecta, quæ piperi longo aſpectu quidem proxima, non tamen guſtu ſimilis eſt.* Jam ex longo pipere non pruginem rotundum, ſatis ſuperque à nobis probatum eſt, nec immaturum piper eſt album, ut ſcribunt Dioſcorides & Plinius his verbis. *Paulatim verò debiſcentes*, (ſiliquæ) *maturitate, oſtendunt candidum piper, quod deinde toſtum ſolibus colore rugiſque mutatur.* Eadem Solinus: *qui deinde caduceus turretur fervido ſole, vocamen traxit de colore: atque ex ipſa arbore ſtrangitur, ut eſt, album piper dicitur.* Quod falſum eſt. Piper enim viride ſemper eſt, donec ſiccetur, plenamque acquirat maturitatem. Candidi piperis uva ad nos integra adfertur, grano conſtat non rugoſo; ſed pleno, acriore, & odoratiore quam nigrum. Falſum etiam & præter experientiam eſt, candidum nigro ignavius, infirmius oris minus gratum, minuſque aromaticum eſſe. Contrarium non tantum guſtus docet, ſed ipſe Galenus ſcriptum reliquit, non tantum libro IX. καὶ ἐκεῖνος ἤδη εἴρηται, ſed etiam lib. VIII. ſimpl. ὁ δὲ λευκὸς ὁ μὲν ἀκριβὴς ἐκλεγόμενος ἀνεῦ τὸ μαυρῆς τῆς καὶ πικρᾶς ἐστὶ γευσάμενος ἐπιτηδείως & πικρὸς, ἀκριβὲς δὲ τὸ ἐκ τῶν ἐπιτηδείων ἐστὶν, τὸν μαῦρον καὶ πικρὸν μὴ ἐγκεκλεισμένον, ὑπολειπόμενον δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης, ὅταν τὸ λευκὸν πάντες, ἐφεπόμενος ὑπομένει & μένοντος. ἀκριβὲς γὰρ ἐστὶ τοῦτο μεμιγμένον τοῖς ἄλλοις ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἀγνοούμενον καὶ ἔχοντος. *Porro fructus ſuper quidam adenodum germinantis*, (hoc fabuloſum eſſe, ad nauſeam jam dictum) *longum piper eſt: Quare etiam maxime humidus eſt, humiditatiſque ejus indicium eſt, quod facile repoſitum perforetur, ac non proximis mordeat; ſed poſt paulo incipiat, verum pluſculum durce. Porro fructus qui velut mufloc (immaturus) eſt, piper eſt album, nigro quidem acrius, non illud jam quaſi ſuperaſſatum & ſuper exſiccatum.* Candidum acrius eſſe nigro, ipſa docet experientia, ſed utrum idcirco acrius, quod nigrum à ſole ſuperaſſatum & exſiccatum eſt, in dubium merito vocari poterit. Quippe candidum à nigro diſcerni non poteſt, niſi cum uvas habes, & illas maturas. Utrumque itaque à ſole in ipſa planta coquitur, & ad maturitatem perducitur. Præterea calor ſolaris humiditatem exſtrahit, & calorem innodit; Quomodo ergo nigrum debilius fieri à calore ſolari? Inſuper concocta quam

immatura calidiora. Quomodo ergo nigrum, quod magis coctum, debilius? Hæc latis oſtendunt, candidum non ideo calidius eſſe, quod minus aſſatum & exſiccatum ſit, ſed hoc habet ab ipſo calore recto & naturali, melius cocto qui fructui ex tota communicatur planta. Inane, caſſum & imperfectum piper, brattea Dioſcorides vocari tradit; Plinius bupus loco citato memorat. *Vermes & ære ſua imperia eſt, aquæ calx temperare carbunculantur, fumoque ſemina caſſa & inania, quod vocant brachmatia, ſic Indorum lingua ſignificante abortum.* Hæc ex omne genere aſperrimum, ſenſuſſimque, & pallidum gratius nigrum, tenuiſque utroque candidum. In optimo codice legitur. *Suntque ſeminæ*, reſtituunt docti: *ſuntque ſemina caſſa & inania*, ut referatur ad ſiliquas, non ſemina, ſed Plinium Dioſcoridem ſequi non ſit dubium. Hæc in nigri genere brattea reperiri ait. Quare vulgatam ſervo lectionem. In eo tamen erraſſe Plinius, quod nigroque albo, nigroque aſcribat, quod nigro tantum Dioſcorides. Brachmatia vocari ait. In utroque antiquiſſimo exemplari ſcriptum eſt, *quod vocant brigma, ſic Indorum lingua ſignificante mortuum.* Conſtat ex Dioſcoride legendum eſſe *Brigma*: quod verbum Græcum eſt, non Indicum, ut Plinius fabulatur. Dioſcorides lib. v. cap. cxii. de Indico, ἐὰν δὲ ἐν παχέσι γάλασι ἀνθρώπων ἢ νέκυι ἐπιπλεύσῃ, τοῦτον ἄφθορον φύσιν ἀνθρώπου, τοῦτον ἄφθορον φύσιν ἀνθρώπου, *ſi vero in pinguibus humanis vel cadaveribus innatet, hoc incorruptum naturæ humanæ, hoc incorruptum naturæ humanæ.* Heſychius βρίγμα, ξηρὸν, ἀνάβλυσις, διαφορὰ, πύκνωσις, ἔμφασις. Βρίγμα pro rie eſt ſcrvor, actus maris, ebullitio, bullæ & ampullæ aquarum ſaturientium, vel aquæ fervcntis & bullientis. Brattea itaque hoc piperis genus dictum, quod nihil intus continet ſubtile, ſicut bullæ & ampullæ aquæ fervcntis. *Mortuum*, vel, ut in vulgatis *abortum* ſignificare ait, quod inane, ac ſine acrimonia eſſet, uti mortui & aborſus ſine ſpiritu, vita, ac calore. Dodecquid in provincia *mortuum* vel *aborſum*, legendum putant *atrophum*. Nam voce Græca atrophos, etiam Latini ubi ſunt, & in his Firmus ſæpe. Sic vocantur proprie pueros male conſtitutos. Plinius quoque eam vocem Latinam uſi fecit lib. xxiii. cap. 9. *Proſunt*, inquit, *atrophi, quibus carnem.* Quod igitur Dioſcorides ἄγραφον piper reperiri dixerat, idque vocari ἄγραφα, putavit Plinius Indos ipſos, apud quos piper colligebatur, ſua lingua & vocitare piper illud atrophon, quod inane & caſſum eſſet. Ego non putarim hic ſcripſiſſe Plinium; nec ulla eſt ratio, cur hic ſcripſerit. Cur mortuum vel aborſum vocari ſcribat, jam diximus. Vulvaram itaque ſervo. Reſtat Dioſcoridem adverſus Garciam defendamus. Hic Dioſcoridem ſcripſiſſe ait, *piperis radicem cotto ſimilem* eſſe. Verba Dioſcoridis ſic habent: τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ὅμοιον ἐστὶ τῷ κυπέρῳ, μάλιστα ἐπειδὰν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου ἀφαιρεθῇ. ἐστὶ μὲν γὰρ ὡς κάρυον, ἐξ ὧν πάλιν ἄλλη ἀνθρώπου τοῦ μείζονος ἐστὶ τῷ κυπέρῳ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου. *Cacerum non eſt ſimile arboris radici, ut aliqui ex ſtomachi, Zingiber, quemadmodum paulo poſt oſtendemus. Alterum piperis radici cotto ſimilis eſt, guſtantium ora calfacit ſalis angulo cæt.* Dioſcorides his verbis non facit, formaque radicem cotto ſimilem vult, ſed viribus, ut tradit Galenus ὅμοιον ἐστὶ μὲν ἐν τῷ κυπέρῳ τῷ ἐν δύναμει λόγου. *Piperis radix virtute cotto ſimilis poteſtate ſit obtinet.* Porro Plinius etiam loco citato reprehendit, qui piperis radicem zingiber putarunt. His verbis. *Nam eſt harum arborum radix, ut aliqui exiſtimaverc, quod vocant quibcri, alii vero zingiberi; quamquam ſapore ſimili. Id enim in ſiccis atque frugi ſpecie in uſibus ſi ſeatur, parvi erbas adjice candida cæt. ea earum ſi ea ſit, quamvis ea ſanctæ amaritudine.*

Τὸ ἢ ἀβρὸν. Rubri, vel uti apud Hippiatros cap. 9. legitur ἀβρὸν. Agathoſthenes hujus nominis auctor. Nomen accepit, ἀπὸ τοῦ ἀβρύνειν vel ἀβρύεσθαι. Heſychius ἀβρύνεται, διακοσμεῖται ἀπὸ τῆς τρυφῆς. Id eſt, ornatur, mundatur. Forſan abherba, id eſt ἀπὸ ἑρπετοῦ urtica. Cocon quod ſic dicitur, quod urticæ inſtar uratur, mordeat, prurigincmque excitet. Piperc enim, quod calidum ſatis, calidus eſt. Græci barbari & recentiores pro ἀβρὸν rubrum vocabulo ſcribunt. Orneoſoph auctor ubique in τῷ ἐρυθρῷ ἀβρύνει ἐχούσῃ, id exſiccandam bilem & pituitam, ἐρυθρὸν ἀπὸ τοῦ ἐρυθροῦ ἀνὰ κράσιν, ἢ τὸ ἀβρὸν ἀπὸ τοῦ ἀβρύνειν. ——— *ubi bene ſpecie vel quamvis & ipſa rubram urticæ radicem ineſt, & in ipſis vel ſequi Dioſcoridem eandem probe purgatum, & in dicas pariter fra-*

ctum —— *deinde ſeptem pilulas cocci cuidai & grani rubri peperis ſimul contundes, & in offas conformabis & accepturi dabis.* Græci quandoque κόκκον abſolutè ſine κοκκοφόρου ponunt. Hippocrates lib. 3. de morbis mulier. Κοκκον ἐρυθρὸν ἢ μανδραγόρα ἐκ οἴνου, ὑγιάσαντα δὲ καθαίρειν ἢ σπόριμα ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένεος. *Granum rubrum cum Mandragoræ decocto ſerpo. Ex eo enim copioſe & valide purgatio.* Κόκκον hic denotare gnidium ex eo liquet, quod purganda ſim ei tribuit, qua caret mandragora, quæ cocci eſt correctorium. Lauri granum gnidium vocant, interdum non ineptè ad imitationem Græcorum, grannm cocci. Plinius lib. 26. cap. viii. de euphorbio. *Multum infra hunc ſuccum eſt, quem in Gallia fit ex herba chamelea, grannm cocci ſerens.* Hunc locum ſupra cap. de euphorbio expoſuimus: granum cocci, de ſtaſorio intelligi non poteſt, ſed de gnidio. Nam chamelea fructum fert Thymeleæ, vel cocco gnidio ſimilem. Proprie tamen granum cocci eſt ſtaſorium, quod Plinius non obſervavit. Niſi quis velit legendum, *granum cocci gnidi ferens.* Latinis, ut dixi, non eadem ſed *gnidium* dicitur. Plinius lib. xxiii. cap. xxi. *Ex eo quo naſcatur granum gnidium, quod aliqui linum vocant, frutecem vere. Thymeleam hoc ſuccum, alii chameleam, alii pyrea achnem, alii cneſtrum, alii cneoron.* Dioſcorides lib. 4. capite 173. Θυμέλαια, ἡ χαμαίπιτυς, οἱ δὲ κνεωρὸν λέγουσι, οἱ δὲ ὀλύνειον, οἱ δὲ κόκκον γνιδίου καλοῦσιν. ἀνάδενδρον ἐστὶ τὸ φυτὸν ἀπὸ πήχεως μέχρι δύο ἡμίσους, ἐπιφερόμενον ἐπὶ τοῖς ἄκροις ἀνθεσι κεφαλὰς ὁμοίας τοῖς τῆς ἐλάας μύροις, ἔχουσι δὲ κόκκους κεχλιδίους, οἱ δὲ λίνον λέγουσι τὸ ὕλημα. Ἔστιν δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ τοῖς ἐρημικοῖς τόποις. *Thymelæa quam chamepitys, alii cneoron vocant, alii olynium, alii gnidii granum vocant. Frutex ſimplex mavors ſpatio cubiti & dimidii, ſimilibus olivæ unguentis capitulis in ſummis floribus ferens, quibus ſemen ſubjacet ſimile cocco gnidio. Nascitur in montibus & locis deſertis.* Hæc examinanda. Thymeleam dictam volunt recentiores quaſi tithymeleam, videor cur, ex Tithymali & oleæ mixta facie; Malunt alii nomen eſſe compoſitum, ex Thymo & olea, quod oleæ folium haberet ſimile, & quod eam conficerent apes, ut Thymum, vel ab odore Thymi, nam ἀπὸ τοῦ θύμου eſſe candidum cneoron tradit Theoph. hoc etymon fingunt, ut Theophraſti cneorum & Thymeleam eandem probarent eſſe plantam. Fabuloſum eſt, confectari eam apes, nec odore Thymo eſſe ſimilem. Caret enim odore, ſuſtem ſuaveolente, aut odoris gravitas hæc nulla. Thymeleæ dicitur, quod oleæ ſert folia, & tithymali inſtar alvum ſolvat: vel quod ſolius ſit oleaceis, angustis, admodum viſcidis, pinguibus, inter tithymalum cypariſſium & paralium. Ab aliquibus chameleam vocari ſcribit, quod imaginem cum chamelea habeat ſimilitudinem, vel quod humilem oleam referat. Alia tamen eſt plantæ chamelea, de qua mox dicam. Hæc eadem varia nomina ſpuria obtinet. Dioſcorides lib. 4. cap. 172. χαμαίπιτυς, οἱ δὲ κνεωρὸν λέγουσι, οἱ δὲ κόκκον γνιδίου λέγουσι. id eſt χαμαὶ πίτυς, *purgamentum* nuncupatur ab urente natura, ceſtron etiam, ut vulgatus codex habet, appellatur. Κνεωρὸν betonica Latinis, verucoſum quo cavatur ebur, teſt genus eſt. Unde nomen iſtud acceperit imaginari nequeo. Corruptus codex. Plinius κνεωρὸν legit, quod probat Galenus in gloſſ. κνεωρὸν ſic ferus ſi herarium legendum oſtendit. ἔστιν δὲ καὶ ἕτερον κνεωρὸν ἐν τοῖς τραγικοῖς. ἔστι δὲ μεγέθει καὶ φύσει τοῦ πρώτου. *Eſt & alterum cneoron in tragicis. Eſt autem magnitudine & natura primi.* Ceſtrum eadem cneoron, inſtrumentum ſcalpendi, corpus radendi quodam. Iſtud autem cultellus quo raditur calcus. Apud Heſychium κνεῖς legitur, κνεῖς, εἴ τι κνήσεις κνῆσαι, κνεῖσαι. Nomina hæc habent κνεῖς, id eſt κνεῦσαι. Tondendum enim erat, ut ſurgit ex eo tolleretur. Dioſcorides loco citato τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἄνθους κόκκον κνιδίου καλούμενον, ἐπιφερόμενον δὲ αὐτῷ ὑπόκειται τὸ σπέρμα, ὃ ἐπισπείρεται ἐν τοῖς ἀγροῖς. ἐν δὲ τοῖς ὄρεσι καὶ ἐρημικοῖς τόποις καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνθους τοῦ. *Ab ſolio quod peculiariter cneoron appellatur per meſſes colligi debent, & ſiccata in umbra recondi ſed ſicus exhibetur pix, pinus ex ſunderis, ex ipſorum quoque ſibris cauterio vocatur.* Heſychius κνεῖς, κνῆσις, κνῆσαι, κνῆσαι, κνεῖσαι ἀπὸ τοῦ ξύειν ἢ τρίβειν, &c. Galenus cneorum chamelæam eſſe docet lib. ix. antid. cap. xii. τὸ κνεωρὸν (vulgo δὲ κνεώρου) ἐν τοῖς χαμαιπίτυος καλεῖ. & 2. Mirer Galenum χαμαιπίτυος exponere, cum nemo tradat chamelæam cneoron vocatam eſſe, Apuleio ſolo excepto, qui chamelea & chamæleontis nomina confundit, cap. xxv. *Chamæleontem quidam cneoron nominant, alii croco ſilvam, alii diſſyenum, alii tenacularem, alii*

alii meletam. Ex Galeno probatur chameleam, non chamæleonem cneoron. Heſychius, *κνέορον θρῖον ἢ τὸ πὶς βοτανολόγοις ἀκανθώδες, ἢ ὃ ἐν αἰθιοπίᾳ χόρτον, ὃν γεννᾶσθαι μισεῖ, planta quæ in Theſſaliæ ſolis reſtibatur* (quod generationi inimicum eſſet. Etenim caliditate ſua humidum & aëreum in ſemine extinguit) *& quo utebantur ad purgandum, ſignificat etiam pudendum muliebre.* Aliud porro eſſe cneoron de quo lib. 6. cap. 2. Theophraſtus, ſupra probavimus. Ad purgationes minuendas chameleæ, vel thymeleæ uſus, non chamæleon. Cur ſemen granum guidium vocetur, jam à nobis dictum. Idem nomen chameleæ obtinere, auctor eſt Dioſcorides. Hæc res errandi occaſionem præbuit auctori Auctuarii. Hic chamæleonem nigram ſic appellari tradit, *εἰ δὲ μελαίνην —— εἰ δὲ λευκανθὲς, εἰ δὲ πράσινον χλωρὸν εἰ*) mendoſum. Chameleam & Thymeleam ſic nominatam auctor eſt Dioſcorides, qui eos errare tamen ſcribit, qui granum guidium chameleæ fructum eſſe contendunt. *πλανῶνται δέ τινες τὸν κόκκον εἶναι τὸν γινόμενον ἐπὶ τοῦ φυτοῦ καρπόν. ἀποτυποῦται γὰρ τὸ φύλλον ἐμφερὲς τῇ χαμαιλέοντος ὁράσει. Hallucinantur porro qui granum guidium chameleæ fructum eſſe exiſtimant, deinde quadam foliorum ſimilitudine.* Plantam hanc Euboenſes ſtrobilon vocaſſe ſcribit, cur apolinum & linum nominetur, ipſe docet Dioſcorides ſed codex corruptus eſt, lego *ἀναγάλλιν*, id eſt, *lini craſſioris ſimilitudinem habet.* Cocci cnidii fructum deſcribit Theophraſtus, integram plantam Dioſcorides, his fere verbis, *βοτάνη ἐστὶν ὀλίγον κλάδοις χρωμένη, ὀξυτέροις ἢ κατὰ δενδρύλλιον. τὸ δὲ φύλλον ἐλαίας ἔχουσα, πλὴν στενοτέρα καὶ λεπτοτέρα, ὑποπίπτουσα τὸ τοῦ λιβανωτοῦ ἢ σχοίνου. ἄκρη λευκή, ἡ μεταξὺ κόκκου ἐστὶ μικροῦ καὶ σπέρματος, ἐρυθρὸν, οὐ λίαν μέγεθος, ἀλλὰ δὲ ἐμφερὲς, τὸ δὲ ἐξωτερικὸν ἐπιπολῆς, ἐ μέλαν, τὸ δὲ ἐντὸς λευκόν.* Virgas edit ſpecioſas, numeroſas, ſtantes, ac ferme ſenium cubitorum altitudine, foliis chameleæ, ſed anguſtioribus & pinguioribus, quæ inter muſcidum quadantenus viſcoſa & glutinoſa percipiuntur: floribus candidis, ac inter ipſos fructu tres myrti parvo, rotundo, inter initia quidem viridi, tandem verò rubente, cujus involucrum durum & nigrum eſt, medulla autem alba. Breviter ſatis hæc complexus eſt Plinius lib. XIII. cap. XXI. *Eſt ſimilis elæaſtro, foliis anguſtioribus, gummoſis ſi mordeantur, myrti magnitudinis, ſemine, colore & ſpecie ſerris, ad medicinæ tantum uſum.* Poſteriora hæc corrupta. Corrigunt, *myrti magnitudine, ſemine colore & ſpecie ſeris.* Hæc ut verum fatear, non ſatis capio. Verba *myrti magnitudine* quo referenda ſint non video, utrum ad folia, an ad ſemen Dioſcorides fructum myrto comparat. An itaque reſtituemus *fructum vel ſemine myrti magnitudine & ſpecie colore cocci.* Hæc lectio Dioſcoridis auctoritate munitur & Theophraſti, cum colore rubro eſſe ſcribunt, ruber cocci eſt Color: probat hanc ipſe Plinius lib. XXVII. cap. IX. *Cocco cnidio color cocci, magnitudo grano piperis major, viz ardens.* Et hæc de Thymeleæ forma veterea. Chameleam Dioſcorides his fere verbis deſcribit, *κλάδοι δὲ ἴσοι πεπλατυσμένοι, ἐ δὲ ὑπὸ θριδακίδος. φύλλα ἴσχει ὅλῃ σπαρτίου, λεπτότερα δὲ ἐ πυκνὰ, ἐ μακρὰ, διπλάσια δὲ μῆκος ἐ χαμαιπίτυος τὸ ὕψος.* Frutex eſt è cremiorum genere, ramis dodrantalibus, foliis oleæ ſimilitudinem habentibus, at tenuioribus, denſis, & amaris, quæ guſtata linguam mordent, & arteriam abradunt. Meminit chameleæ Plinius duobus locis, ac primum libro XV. capite VII. *Similliumum huic (oleum) eſt ex chamelea fruticè ſaxoſo non altiore palmo, foliis oleaſtri, bacciſque.* Idem lib. XXIV. cap. XV. *Chameleæ ſimilitudinem foliorum oleæ habet. Sunt autem amara, edorata in petroſis, palmum altitudine non excedente, alvum purgat, &c.* Quod de chameleæ lib. XXV. cap. VII. ſcribit, capite de euphorbio examinavi. *Saxoſum,* inquit *fruticem,* quod in ſaxis petriſque reperiatur. Quod non tradit Dioſcorides, nec temere addidit. Non *altiore palmo,* inquit Dioſcorides, non fruticem, ſed ramos dodrantales inquit. Ad quod non attendit Plinius. Foliis Dioſcorides oleæ ſimilibus ait. Plinius poſteriori loco oleæ, priori oleaſtri, differentia admodum exigua. Nam inter oleæ oleaſtrique folia diſcrimen non ita magnum; niſi quod hæc illis magnitudine cedant. Officinæ Bacæ chameleæ Germanicæ foliis pro chameleæ utuntur. Quod ſine magno errore fieri poteſt. Viribus enim & potentia legitimæ eſt ſimilis. Fructus, folia, cortices, acria admodum ſunt, guſtata linguam mordicant, & aduſtionis ſigna in faucibus excitant. Utrum hæc cneori quoddam genus ſit, ſuo loco examinavi. Chameleæ vera vulgo tricoccos chameleæ vocatur. Humilis ac fruticoſa planta cubitalis aut altioris magnitudinis compluribus tenuibus virgulis paluſtribus nonnunquam minoribus, præſertim calidis regionibus. Ramoſa folia ſunt oblonga, oleæ vel phylleræ tenuifoliæ ſimilia, ſed minora, nigriora, & viridiora, perpetuo virentia, guſtus initio amari,

Chameleæ tricoccos.

deinde lingoam vellicantis. *Flores ex alis foliorum exigui, hirſuti, pallidi, ex tribus foliolis conſtantes,* laureolæ minores. Fructus tricoccus tithymali modo, aut heliotropii tricocci ſuccedit, pellicula initio virenti, deindeper maturitatem rubra, obductus, durus, & ubi exſiccatus fuerit, fuſcus, oleoſum pinguedinè contrahens, olivarum inſtar, ſapore amarus, acris, mordax, fauceſque exurens. Radix dura, lignoſa. Floret Aprili, fructus Auguſto matureſcit. In Italiæ, & Galliæ Narbonenſi ſit pleriſque incultis, ſaxoſis, ſqualidis, aſperis & deſertis reperitur locis, à rei herbariæ ſtudioſis in hortis alitur, ſed adverſus hyemis injurias munienda. Thymeleæ frutex eſt pollicaris interdum craſſitudinis, cubitalis verò altitudinis aut amplior, in multas virgas divitus cubitales, tenaces, pulchras, rectas, tenues, partim à ſtipite, partim à lignoſa radice, foliis circumeſtitum perpetuo virentibus, oblongis, & anguſtis, linì effigie, ſed majoribus, latioribus, nec obtuſa cuſpide, ut chameleæ, nec adeo fragilibus, ſed mucronatis, lentis & gummoſum quoddam, ſi dentibus arteranur, præbentibus. Flores in ſummis virgis aggregatos promit Junio menſe aut Julio copioſos, ſtellatos, quatuor foliolis conſtantes, oleæ ſere ſimiles, candidos. Sequitur fructus myrti interdum magnitudine, paulo tamen longior, initio virens, ſed ubi maturitatem adeptus eſt, coralliì aut oxyacanthæ modo ruber, ceraſorum inſtar, carne ſucci plena turgens, ſub qua latet unicus nucleus, nigra fragiliique pellicula, albam & ſervidi ſaporis medullam obvolvens. Radix lignoſa & dura, in teneſtis planeis rhaphani modo efformata craſſo cortice tecta, ſed quemadmodum tota ejus planta, lenta & tenaci. In montanis, aſperis, & incultis calidarum regionum locis naſcitur. Granum guidium piper caliditate malum vincere ait Theophraſtus, quod ex iis quæ dicemus, ſatis conſtat. Gal. lib. VIII. ſimpl. *κάθαρσιν ἐλλέβορον ἢ ἐλατήριον ἢ τὸ ἐκ κακοῦ βοτάνιον* granum guidium & ipſum quoque purgat, ſed acris eſt adurentiſque facultatis. Purgationes moliri, inquit, coecum guidium.

Do-

Doctiss. Gaza, Plinii auctoritate deceptus, [illegible], contra alvi solutionem vertit. Plinius libro 17. capite 9. *Itaque in pane devoratur ne adurat, cum gulam transit: sine eis præsentaneo contra cicutam sistere alvum.* Corruptum Plinii codicem Doctiores scribunt, corrigunt, ciet alvum. Vix existimare possum, Plinium, quod de grano gnidio more omnium erat, lacuisse. Apud Hippocratem pro maximo purgatorio usurpatum fuisse, non uno loco legere est. Hippocrates [illegible] libro 1. [illegible]. *Pituitam, & bilem purgans, grana gnidia sexaginta, in aqua decoquito, melle & aceto exiguo admixto, ex eo colluito.* Dioscorides loco citato. [illegible]. *Per inferna bilem, pituitam, aquasque detrahit exiguus granorum, pars hæc interna bibita:* recte Dioscorides observavit, in alba medulla fervorem, vimque catharticen gnidii grani esse. Non enim ipsum rubrum coccum adeo urens ut purgans est, sed pericarpio conclusa, interior medulla; *terunt fauces a fervore, atque ideo cum farina polentaque, aut in uvæ acino dari debet, aut cocta melle obducta devorari.* Ex hoc Dioscoridis loco emendant Theophrasti codicem, ac legunt [illegible]. Perperam sane Gaza, in Græcis alioquin exercitatissimus, vertit *adipem.* Plinius prudenter omisit. Ceterum vulgatam serio lectionem, & vocem [illegible] interpretor *farinam.* [illegible] enim non raro idem quod [illegible]. Hesychius [illegible]. Idem vocem [illegible] exponens ait esse [illegible]. Hoc est, *panis massam, in qua manus detergebant in conviviis, & discedentes inde canibus projiciebant.* Intelligit quadras ex pane, in quibus obsonia dividebant, & digitos tergebant, ut etiam Pollux lib. 6. scribit de apomagdaliis, [illegible] Theophrasto, Dioscoridi, Galeno, ceterisque medicis non raro [illegible] idem quod [illegible] significat. Dioscorides lib. ij. cap. cciii. de scylla, [illegible]. *Farina vero subacta, circumobliniitur & in clibanum conjicitur.* Locum hunc Plinius lib. xx. cap. ix. perperam vertit. *Conjicitur in clibanum aut furnum vel adipe aut luto illita.* Nec felicius Dioscoridis locum lib. v. de stibio lib. 33. cap. vi. reddidit. Idem Dioscorides lib. ij. cap. 158. de ervo [illegible] *Linteo illigatum, subactaque farina oblitum, in ass[illegible].* Hac etiam significatione sumitur apud Galenum lib. xii. [illegible] cap. 1. [illegible]. *Similiter & per fermentum in [illegible] assatum fomentum ad [illegible] est.* Hanc item significationem apud Strabonem lib. xiii. habet. [illegible]. Hactenus de cocco gnidio.

Ἡ δὲ πευκέδανος [illegible], id est *pino* nomen accepit, quod pino folium simile habeat. Qua de causa ab Apulejo, *pinastellum* id est, parva pinus vocatur. Alii nomen invenisse putant a fœtore. An a-[illegible]rorem enim, & fœtorem horrendum [illegible] vox apud Poëtas significat. Homerus, Iliad. α. [illegible]. Scholiastes exponit [illegible]. Hesychius [illegible]. A fœtore nomen impositum probabile facit Nicander in Theriaca:

> [illegible]
> [illegible]

> *Nec non peucedanum, cujus graves æra complens.*
> *Pellit odor colubros, somnumque accursibus arcet.*

Ad hos versus Scholiastes, [illegible]. *Peucedanus herba amara, accentum habet in antepenultima, ne videatur esse epithetum.* Theophrastus nullas tradit peucedani notas, nisi quod cap. xix. [illegible] libri tradat ejus radicem quinque vel sex durare annos, sequenti vero [illegible] caute apud Arcades nasci [illegible] habere vim. Describit [illegible] castaneorum [illegible] vide lib. 3. cap 92. [illegible]

[illegible]. Sed & in vulgatis codicibus, sed ex antiquis addit Doctissimus Sarracenus] [illegible] (sic vulgaris codex) [illegible] (Ald. [illegible]) [illegible]. *Peucedanum caulem profert tenuem, graciliem feniculo similem; comam vero habet circa radicem copiosam & densam. Florem luteum, radicem nigram, gravi odore, crassam, liquoris plenam. Gignitur in montibus opacis. Excipiendi liquoris ratio aut modus hic est. Tenera radix cultello conciditur statimque qui profluit e plaga liquor in umbra reponitur sub sole, siquidem confestim evanescit. Verum inter colligendum capitis dolorem vertiginemque inducit; nisi quis prius nares rosaceo perunxerit, caputque [illegible] caverit. Quæ vero & e radice liquoris sudant, deinceps cultellis coalescit. Sed & caulibus & radice, & liquor & succus eliciuntur, haud secus ac e mandragora. At succus liquore inefficacior est, ocyusque exspirat. Interdum etiam prius concreta reperit ut lacryma thuris similitudine, caulibus radicibusque adhærens. Porro præfertur liquor qui e Sardinia, & Samothrace petitur, odore gravi, fulvus, fervens, sinque gustu.* Lego cum Doctiss. viris Saraceno & Lacuna [illegible]; non, ut in vulgatis legitur, [illegible], idque quia hic scribitur in antiquissimis codicibus, eademque ab Oribasio, & Serapione probatur lectio. Theophrastus solum probat usum radicis peucedani, liquorem vero ac semen inutile scribit: ex diverso Dioscorides succum liquoremque præstantiorem dicit. [illegible]. *Radix ad eadem utilis est, at inefficacior.* Nobis Dioscoridis sententia magis, quam Theophrasti probatur. Rationem dat Galenus lib. 8. simpl. [illegible]. *Peucedani radix, liquor est & ipsa [illegible] quidem maxime, sed tamen ejus succo, & liquore radice quidem maxime utuntur. Sunt autem hæc omnia ejusdem speciei facultatis; sed valentior succus admodum excalefaciens & digerens.* ——— *Sed & radice ad hæc uti licebit; quæ & squamas celerrime ab ossibus detrahit, quia videlicet vehementer desiccat, minus tamen quam succus calfaciens.* Quantum ex his verbis colligere possum, antiquissimi Græci sola radice usi fuerant, ac videntur usum & facultatem succi ignorasse. Ex his insuper Galeni verbis probatur, vulgatam Dioscoridis lectionem corruptam. Galenus enim [illegible] præfert. Scribe Male in vulgatis [illegible]. Quomodo legerunt Oribasius & Serapio. Doctiss. Cornarius [illegible] ponendum suspicatur, Oribasius enim & Serapio [illegible] scripserunt. Nihil impedit in Sardinia & Arcadia reperiri peucedanum. Porro radix quæ in officinis peucedani nomine venditur, vel exoleta, vel adulterina est. Exteriore enim parte non tantum non nigricat, sed nullam graveolentiam habet, nullaque acri facultate prædita est. Dioscorides radices, quales eligi debent, docet, [illegible], inquit, [illegible]. *Radicem eligito recentem, minime cariosam, solidam, & odoris plenam.* Legitimum peucedanum, & ab omnibus receptum est, cujus iconem adposuimus. Caules huic tenues, geniculati subinde cubitales & non raro majores, foliis circa radicem comatur, multo quam fœniculi amplioribus, teretis, quorum singula segmenta, secta, oblonga, tenuia, pini foliis non dissimilia apparent. Flosculi in umbellis lutei, exigui, quibus succedit semen oblongum, tenue, non carnosum, angelicæ non dissimile. Radix superne comosa, mediocris crassitudinis, foris nigricans, interius ex albido virescens, succi plena, alte & quandoque ad duos cubitos descendit. Hæc flavum, gummeum graveolentem [illegible] sive liquo-

Peucedanum.

quorem vulnerata emittit, qui mox concrescens, ciro reſiccatur, colore ſulphur referens. Variat pro cœli ſolique ratione. Subinde enim foliis denſioribus umbellaque anguſtiore, alibi foliis rarioribus, & ſingulis eorum ſegmentis longioribus, ac anguſtioribus, umbella verò laxiore & latiore. In montanis gignitur, non raro in apricis & rangiferis. In Italia, Narbonenſi Gallia, Germania, aliiſque reperitur regionibus. In Belgarum hortis Junio mense floret; Augusto & Septembri mense ſemen maturum reddit. Radix hyeme patiens, & reſtans, vere novi folia cum ſcitiſſimè promit.

De ſuccis vitæ agrestis. Quod Theophraſtus de vite ſylveſtri, hoc Dioscorides de vite alba libro IV. capite 16. Item Plinius libro XXV. capite 1. ſed utrique *ampelon* legit, non *ampelon*. Nam & succus dicitur, id eſt vitis alba, non modo quod viridi lauium folia emollitque reſtet, verum etiam quod fractum in exigua aqua emulſionem, acrisi licet rarâ, confrugatum producat. Bryonia dicitur, quæ laevem & fractum gerit, *ſcandit* ſarmentis. Hæc duplex eſt, alba, & nigra; alba, quæ rubicat. Alia enim vulgatior, cujus bacca maturæ rubræ ſunt, radix ex albo flavescit. Altera caput baccæ nigricant, & radix foris fuliginea, interius verò ex pallet colore. Tertia quam nazeolam ſeu Cretenſem vocamus, quæ vulgari eſt minor, caput folia paſtim alba & ſtris notantur, fructu eſt majori rubro, aliquando nigro. Bryoniæ aſparagis, qui prima germinatione exeunt, ſolebant veteres velicas Columella libro XII. capite VII. docet, de quibus Paulus hoc modo ſcribit. *Si bryoniæ aſparagi ſtomacho gratum accommodare ſuco, & anicum cum, parum cumin vaporent, & ſi concoquatur oleum aſparagis in ſtomachi efficaciores ſuos*; Dioſcorides ſuccum bryoniæ lactis abundantiam facere ait. Plinius de ſemine hoc affirmat, cocto cum thuris, potûmque. Verum lactis generatione nobis magis adverſari videtur. Nam acris eſt, & vellers aut coria vo depilantur, ut tradit Dioſcorides. De hac plura in Commentariis ad Dioſcoridem.

De thapſia ſuccus. De thapſia copioſe egimus libri hujus capite 2. Addere tamen hoc placet thapſiæ radicem turbith loco à quibuſdam uſurpari, venalemque in officinis reperiri nomine turbith: atque quia Moſaes ſecundo ſimpliciùm dicit, eſſe radicem herbæ folia ferulæ manera ferentis, & lacteo ſuco turgentis. Verum Garcias turbith alibiæ folia ferre dicit.

HUcuſque ſe filii mei ad Theophraſtum extendunt commentarii. Cæteras plantas, hoc capite à præceptore memoratas, aut in antedictis explicavit, aut in notis ad Dioſcoridem explicaturus erat. Quas cum non abſolverit morte præventus, publici juris facere mihi non eſt decretum, ne meos labores venditem, tanquam ipſius forent. Interea benevolus lector his fruatur, & valeat. Quem tamen monitum volo, notas filii mei ad libros Theophraſti, de cauſis plantarum, de quibus ſæpius mentio ſit in his commentariis, abſolutas eſſe, quas ſperamus pridem etiam publici juris facere, ut opus de plantis perfectum ſiat.

Egbertus Bodæus.

FINIS.

INDEX
Auctorum qui in hoc opere laudantur, illustrantur, & emendantur.

ITEM

Index rerum & verborum locupletissimus.

A.

A Non semper privative sumitur 616,2.
Abhel Guiljandini an thuya 542,1.
Abies 8,1. 17,2. 18,2. 19,1. 23, 24, 41, 43, 44,1. 45,1. 122,2. 124,1,2. 138,1. 367,2. 964,2.
Abies an culturam expetat 15,1.
An montibus propria 123,1.
An aquosa amat ibid.
Est folio perpetuo 124,2.
Ab imo non recrescit 141,2.
Bipartita vel biflua quæ 513,2.
Mollior est, & in opere pejor 514,2.
Cur minus rodatur à tinea, quam pinus 521,2.
E semine tantum exit 74,2.
Fluviata quæ 514,2.
Mas & fœmina 159,2. 171,2.
Marina 403,2. 415,2.
Quando formosissima evadit arbor 15,1.
Quomodo crescit 513,2.
Quomodo transplantanda 88,1.
Quomodo durabilis 522,2.
Quomodo fructificat 130,2.
Quadripartita vel quadriflua quæ 513,2.
Optima est & minus sunt 514,2.
Rubra 168,2.
Simplex quæ 514,2.
Plures sunt ibid.
Unico caule assurgit 13,2.
Ubi præstantior 43,2. 538,2.
In umbrosis pulcherrima 283,2.
Unde dicta 170,1.
Vulnerata fœcundior fit 505,2.
Pondus valde sustinet 530,2. 531,1.
Incurvatur in diversum ab onere ibid.
Viribus valet & tenax est 530,2.
Quomodo non finditur ibid.
Firmissima in rectum 531,2.
Ad quæ utilis 533,1.
Navibus aptissima ibid.
Quercui non agglutinatur 533,2.
Abies & pinus deciso cacumine intereunt 141,2, 142,1. 144,1. 505,2.
Abies & picea quomodo differunt 171,1.
Abies & pinus quomodo differunt 159,2. 513,2.
Abietis conus 135,1.
Caro raro constat nervis robustis 514,1.2.
Descriptio 170,1.
Folia 53,1. 49,2. 52,2.
Germinatio 131,2.
Flos 62,2. 130,2. 135,1.
Julus 169,1. 171,1.
Abietis lachryma 61,1.
Lignum facile finditur 23,2.
Lignum difficulter frangitur ibid.
Medulla ibid.
Humor 965,2.
Materies qualis 517,2.
Quando cædenda 511,2. 512,2.
Radix 24,2. 26,1.2.
Ramus cum novis & veteribus foliis 135,1.
Ex circumactione crateres fiunt 141,2.
Abiegna columna inepta est oneri ferenda 530,1.
Abiga dicta chamepithys 826,1.
Ἄβλαστον quid 9,2.
Abrotanum 545,2.
Perpetuo viret 44,2.
Quomodo germinat 678,2.
An semine proveniat 684,1.
Quomodo transferatur ibid.
Surculo difficulter provenit ibid.
Unde dictum 684,2.
Cur caphora dictum ibid.
Fœmina an santolina 685,1.
An absynthium arborescens 685,2.
An absynthium serephium 1150,1.
Abrotani quot genera 684,2.
Fœminæ descriptio ibid.
Maris descriptio 685,1. 686,1.
Ejus genera ibid.
Radix 688,2.
Absynthium 367,2.
Arborescens an abrotanum fœmina 685,2.
Absynthium unde dictum 1149,1.
Absynthii genera ibid.
Absynthium ponticum victor in feriis bibit ibid.
An tenuifolium ibid.
An latifolium 1149,2.
Unde dictum ibid.
Depastum pecora pulchriora reddit 1148,2.
Depastum à pecore, felle caret 1149,1.
Est latifolium 1151,2.
Absynthium tenuifolium, an latifolium præstantius 1149,2.
Absynthium Honorii Belli an ponticum 1149,2. 1150,1.
Absynthium marinum an sophia 1150,1.
Ejus descriptio ibid.
Absynthium serephium an abrotanum fœmina 1150,1.
Ejus descriptio 1150,1.
Absynthium santonicum an tenuifolium 1151,1.
An scheha Arabum ibid.
An sementina seu semen santonicum 1151,2.
Ejus descriptio 1150,2. 1151,1.
Ἄκανος quid 53,1. 589,2.
Non est carduus ibid.
Acanum 545,2.
Acani folia 49,2.
Acanacea quæ & quomodo differunt 588,2.
Ἀκάνθη quæ 600,2.
Ἀκάνθη quæ dicitur 14,2.

Acanthus nigra non eſt caſſia 306, 1.
In quibus differunt 306, 2.
Mollis cur dicatur 307, 2.
Herba 308, 1.
Ejus deſcriptio 309, 1.
Eſt vox generalis 305, 1.
